MAFFEI VEGII LAVDENSIS AD EVSTATHIVM PRAEFATIO.

CVm repeterem nuper animo Euſtathi frater/ id q̄d ſępe ſoleo: tam ꝑ uerſos in omni mortalium ſtatu corruptos q; uiuēdi mores/ attenderem q;/ nihil/ non plenum fraudis & improbitatis: aggreſſus ſum nouam breuem q; &: ut puto: non iniocundam ingenii lucubrationem. quę &ſi primo conſpectu admiratione tibi fortaſſe ſit allatura/ q;: q in condendis poematibus ſtudia mea hactenus impēderim/ liberam nunc ꝓmum ſolutā q; dictionem amplectar: quum animaduerteris tamen diligentius rei de qua ſcribendum fuit inuentionem: nō modo non admiraberis ſed ultro &iā qualecunq; eſt quod egimꝰ approbabis. Nā ĩprimis nec ab poetę officio diſceſſimus: quod per ſe ſatis iſta ſcriptio atq; aperte manifeſtat. nec lic& poema ediderimus: potuimus facile opus dialogo contextum/ quod pręſertim neq; tragicum neq; ſatis comicum eſt/ adſtrictioribꝰ numeriſ explicare. Q; ſi q̄buſdam fortaſſe uidebitur oratio nrā mordatior q̄ uel ego ſoleam: uel delicata multorum ingenia patiantur: rogatos eos uelim/ ut rationē animi noſtri ęquanimius ſuſcipienteſ exiſtiment/ nō tam me omnium hominum q̄ humanorum omnium ſtatuum uitam coarguiſſe. putent q; non ita damnaſſe

me mortales ſcelerum eorum / ut nō aliquos tamē ex
ſingulis eorum ſtatib⁊ credam bonę frugi ſemper ex
titiſſe. Hos ego: ſi qui ſunt temporibus noſtris: non
dubito pro conſtantia uirtutis eorum libello meo
congratulaturos. reliquoſ uero qui conſcientia flagi
ciorum ſuorum acti / dicta omnium pariter & ſcripta
in ſe iaci ſuſpicant̃ / uideo & accuſaturos ſuſceptū la/
borem noſtrum. & ut ad riſum ſunt faciles & aliquā/
do irriſuros. Sed age accuſent atq; irrideant ut lib&.
quos certe minoris pendo q̃ floccos indumenti mei.
Te autem germane chariſſime / cuius egregiam uirtu
tem: & cum uirtute coniunctum mirum litterarum.
amorē ac ſtudium intelligo: ꝑſuaſi mihi: non poſtre
mum fore qui ſcriptiunculę noſtrę congratulatum i
res. quem quoniam ita perſuaſi / dignum &iam duxi
inſuꝑ cui eam quaſi quodam iure dedicarem. Verita
tem igit̃ noſtram ita uulneratā atq; cruentam uti de/
ſcripſimus tibi mitto tanq̃ idoneo hoſpiti. Tu ipſam
& amice & humaniter ſuſcipito: tractato q; non ſecus
ac alt̃ Philalethеſ. Proficiſcit̃ ſiq̃dē ea ad te libent̃. nā
cum ſciſcitāti illi multum moreſ tuos integritatē q; ui
tę commēdaſſem: exiluit ſtatim gaudio & prę deſide/
rio quo te uiſendi correpta eſt ociuſ euolauit. Ornāt
alii germanos ſuos auro & gemmis preciosa q; ſupel/
lectile. ego te bonis diſciplinis: clariſ morib⁊ rectiſ q;
uiuendi exemplis ſemper ornare ſtudui. quod & iti/
dem facio in prędentia: Sed cum fluxa illa & momen/
tanea: hęc uero ſtabilia atq; ęterna ſint: quantum alte
ra alteris pręſtent qui ignorat nō deſipit ille iudicio
meo ſed inſanit.